



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

I. De dilectione Dei & pace ecclesiae. Ll. Sax. cap. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

- |  |  |
|--|--|
| baptismum negantibus. Ll. Sax. cap. 3.   | nicis. Ll. Sax. cap. 7.  |
| VI. De fratribus vel cognatis in una fornicantibus. Ll. Sax. cap. 4.           | XII. De ieiuniis infractis. Ll. Sax. cap. 8.   |
| VII. De ordinato qui vitam forisfaciat. Desideratur in Sax.                    | XIII. De diebus in quibus ordalium & iusurandum prohibeantur. Ll. Sax. cap. 9.               |
| VIII. De reo mortis qui confiteri desiderat sacerdoti. Ll. Sax. cap. 5.        | XIV. Ne die dominica homo forisfactus occidatur. Ll. Sax. cap. 10.                           |
| IX. De decimis Dei retentis, & aliis ecclesie rectitudinibus. Ll. Sax. cap. 6. | XV. . . . . Ll. Sax. cap. 10.  |
| X. De illis qui mercandisant diebus dominicis. Ll. Sax. cap. 7.                | XVI. De sortilegis, incantatoribus, veneficis, periuris, & his similibus. Ll. Sax. cap. 11.  |
| XI. De operantibus diebus dominicis. Ll. Sax. cap. 7.                          | XVII. De ordinatis vel alienigenis in aliquo de pecunia vel vita seductis. Ll. Sax. cap. 12. |

PRÆFATIO.

**H**oc est Concilium quod Aluredus rex & † Godrun rex elegerunt & condixerunt, cum Angli & Dani ad pacem & concordiam plene conuenerunt, & sapientes, & qui postea successerunt, sapius hoc & assidue renouantes in bonum semper adduxerunt.

† Idē qui & Guthurnus, Guthrum, &c. Rex fuit Danorum, cui ad fidē Christi conuerso Æthelstani nomen impositum est ab Aluredo, qui eum e sacro fonte suscepit, partemque regni concessit.

LEGES ECCLESIASTICÆ ALVREDI ET GVTHVRNI REGVM.

I.

In primis est vt vnum Deum diligere velint, & omni paganismo sedulo renuntiare. Et instituerunt sæcularem iustitiam pro eo quod sciebant, quod non poterant multi aliter castigari, plures vero nolebant ad Dei cultum, sicut deberent, aliter inclinare. Et sæcularem emendationem instituerunt communem Christo & regi, vbicumque recusabitur lex Dei iuste seruari secundum dictionem episcopi. Et hoc est primum edictum ecclesie, pax inter parietes suos, & regis \* Hangrid semper inconuulsa permaneat.

II.

Si quis Christianitatem suam male mutat, vt paganismum veneretur verbis vel operibus, reddat sic vveram, sic vvitam, sic lasblite secundum quod factum sit.

III.

Et si quis ordinatus furetur, vel prælietur, vel periuret, Concil. Tom. 24. Aaaa

Aaaa